 ad illam diem in qua memor fui et passiōis et resurrectionis

domini cōsciētie & deuotiōi mee reperui satisfactū nō ea distuli
 rōe ut magis putauissem conuenire illa die & magis satisfacere
 ecclesie illa die q̄ in cena domini sed ut me magis paratū & pur-
 gatum in die pasche reperirē. ¶ Et inter confessionē & eucaristiā
 tutum est facere interuallū ut magis peccata plangi possint ante
 cōmunionē assumēdam cū ipsum corpus solū dari debeat uere
 penitentibus & cōfessis c. q̄ in te s̄. e. ¶ Et ad uerā p̄niā multū
 confert post absolutionē sacerdotis plangere & penitētiā agere
 cum tunc quecūq̄ bona in statu gratie per nos facta proficiant
 ad salutem anime c. quod quidam. s̄. e. in glo. Et tūc recipimus
 fructum penitētie qui fructus est eucaristia domini hoc est reci-
 pimus & comedimus crucifixum nostrum c. deuotam & c. quā
 xp̄o xxvii. q. i. glo. in dicto. c. q̄ quidam hanc questionē postea
 disputando resūpsi arguendo plenius p̄ & cōt̄ quā pono ī fine
 istius tractatus. ¶ Sed quero cū sacerdos in altari recipit corpus
 & sāguinē quare laycis dāda ē pura aqua & uinū & nō sanguis
 contra illud quod legitur in euangelio qui non māducauerit
 carnem meam & biberit sanguinem meum nō habebit uitam
 eternā. In eplā iacobi ii. c. & in c. cū Marthe de cele. mis. de con.
 di. ii. dupliciter. c. ecclesia & c. hoc est ubi dicitur īcorporet hunc
 cibum homo & potum si uult uitā eternā habere Reiteratur ibi
 Et per hoc sacramētum carnis & sanguinis peccata relaxet & c.
 quid est sanguis non iam audiendo sed bibendo bene didicistis
 & in c. in calice uīu. ¶ Item quociēscūq̄ bibis remissionē accipis
 peccatorum & inebriaris spū sancto Et Mathei xxvi & Io c. ii.
 accipiēs calicem gratias agens benedixit & dedit discipulis dicēs
 bibite ex hoc oēs hic est enim sanguis meus de con. di. ii. panis
 & c. utrū sub figura quare uidetur q̄ nullus possit saluare nisi
 christi sanguinem biberit. ¶ Quidam dicūt q̄ laycis non dat
 sāguis p̄pter periculū effusiōis & dicūt sufficere q̄ eis deī caro
 quia dicunt carnem non esse sine sanguine. ¶ Alii q̄ per calicem
 intelligitur mors quā prelati & clerici tenētur suscipere pro xp̄o
 quia ex officio tenētur ut hoc probatur ex uerbo domini uūq̄d
 potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum quasi dicat nōne
 potestis pati mortem quā passurus sum & hoc probatur ex istis

uerbis q̄ per calicem intelligitur mors & q̄ prelati & clerici in sacris ordinibus tenentur ipsam mortem sumere pro christo cum sint portio domini & specialiter in sortem domini uocati xxi. di. clericos c. cum secundum ap̄lm de preben. Sed layci possunt mortem pro christo subterfugere iuxta uerbum domini si persecuti fueritis in una ciuitate fugite in aliam & sic ad hoc designandum & significandum clerici bibunt sanguinem & non layci & sic seruat ecclesia Consilium basilienſe ad tollendum errores & scandala pragenſium concessit illis ut uolentibus laycis communicare sub utraq̄ specie liceret & nolentes non peccarent & ideo aliqui adhuc hodie de pragensibus communicant in sanguine & aliqui non

Sed nunquid si aliquis est suspectus eo quia non comunicat omni anno nunquid posset cogi ut comunicet uidetur q̄ non quia comunicatio eucharistie non recipitur in peccato dic q̄ potest cogi ut faciat se dignum .i. ut peniteat ut de pe. di. ii. c. Si quis irat uide glo. in c. ult. xxx. di. ita tenet hic Io. an. & Bu. & ceteri

Tredecima subsequitur questio quis dicatur proprius sacerdos cui quis debet confiteri questio ista plene est expedita in sexta q. in qua dixi cui confitendum dicit tamen Io. an. hic in c. nostro quia proprius sacerdos est ille cui cura sue parrochie siue parochialis siue ecclesie sit comissa ut sit rector uel uicarius facit quod nota in c. iii. de offi. archidi. & idem Offi. hic qui describit curam dicens **C**ura est uigil onerosa atque sollicita custodia animarum comissa alicui ut curet ne pereant sed saluentur que competit ex lege siue commissione canonica aut consuetudine uel prescriptioe per fide apostolicam non impbata hec ex diuersis iuribus colliguntur **V**nde cum dicitur in definitione Cura est uigil onerosa & sollicita custodia animarum colligitur ex eo quod legitur & nota in c. Intelleximus. §. si de etate & qualitate c. pro humani. §. i. de homici. li. vi. de offi. archi. c. i. de offi. archipref. c. i. si. de offi. primice c. unico viii q̄oe. i. c. qui episcopatum **P**ostea subiungit in definitione comissa alicui ut curet ne pereant sed saluentur c. cum sit de etate & quali. Et dic curet .f. instruendo in fide & moribus necnon de uiciis fugiendis ac uirtutibus exercendis & bonis operibus ut patet x questione prima placuit c. ut quisq̄ de uita

& ho. cler. c. ut clericorum & c. deus qui uersu Apostoli ex quo
 sequitur si male & negligenter curet obligatur deo ar. instit. de
 inutil. stip. §. Si quis alium c. irrefragabili primo responso de
 offi. ordi. cum ad monasterium desta. mona. §. abbas Hec ergo
 debet curari predictis modis nec non uisitando corrigendo puni-
 endo sacra ecclesiastica exhibendo. de elec. c. dudum cl. ii. §. tandem
 de transac. c. ueniens primo responso & in c. nostro §. sacerdos
 facit c. cum infirmitas .i. e. habeat ergo semp hanc obligationem
 pre oculis ut non reperiatur dormiens in illud psalmisse non
 dormitabit neque dormiet qui custodit Israhel nec mirum quia dicit
 beatus Barnardus non dormitat neque dormit qui Israhel impugnat
 Et ideo presbitero curato dicitur ps. vi. c. detraxisti aput ex-
 traneum manum tuam illaqueatus es uerbis oris tui te ipsum libera
 festina discurre suscita animum tuum ne dederis sompnum oculis
 tuis nec dormitet palpebre tue quod si hec diligenter seruauerit exto
 quod propter duriciem plebis non proficiat tutus erit hec probant
 xxvii. di. sit rector & c. epheses sed non obmittat seculare bra-
 chium inuocare exto quod peccatores sine effusione sanguinis neque
 coartare de homicid. c. postulasti ¶ Ex hoc fine sequitur id quod
 queritur .i. in. questione xxviii. an penitens cui est iniuncta pena
 a sacerdote compellatur illam adimplere Videtur quod sic per predicta
 & ita tenet hic Io. an. in uerbo studeat in nouella & per censuram
 ecclesiasticam compellendus est ut patet de sponsa ad audientiam in fine
 & uide quod late ibi scripsi in lectura mea & tandem inuocabit brachium
 seculare si censura ecclesiastica negligatur quod uerum dicit hic
 Io. an. in peccato publico secus in occulto vi. q. i. si omnia de symo.
 sicut tuis in fine & Osti. & Bu. ibidem et car. flor. et sic erit expedita
 xxviii. q. Et adde hic quod dico. i. xiii. q. i. in fine Verum quia dixi quod
 prochialis sacerdos debet instruere subditos in fide & in moribus
 necnon de uiciis fugendis et uirtutibus bonis moribus exercendis in fide
 adiscenda ut sciant articulos fidei qui notantur in c. i. de S. trini.
 et fide catho. ¶ Sunt enim xii. qui in symbolo continentur pro
 et ideo symbolum dicitur quia quilibet apostolorum posuit suum
 bolum ¶ Petrus princeps apostolorum incepit Credo usque ad
 uerbum celi et terre inclusive ¶ Secundus est Andreas Et in Ihesum

xp̄m filium eius unicum dominum nostrū **T**ercius Iacobus
 maior qui cōceptus est de sp̄u sancto natus ex maria uirgine
Quartus Iohānes euāgelista passus sub pōtiopilato crucifixus
 mortuus & sepultus **Q**uintus Thomas descendit ad inferna
 tertia die resurrexit a mortuis **S**extus Iacobus minor Ascen-
 dit ad celos sedet ad dexterā dei patris omnipotentis **S**eptimus
 Philippus Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos **V**iii.
 Bartholomeus Credo in sp̄m sanctū **N**onus Matheus Sanc-
 tam ecclesiā catholicā **D**ecimus Simon scōrū cōmunionē re-
 missionē peccatorum **T**adeus xi. carnis resurrectionē **X**ii.
 Mathias Et uitā eternam tūc omnes dixerūt amen **D**oceatq̄
 etiam ecclesie sacramēta uide per glo. in. c. ueniens de transac.
Doceatq̄ sp̄s sancti dona q̄ sūt sapiētia intellectus cōsiliū
 fortitudo sciencia pietas & timor dei **D**onum sapiencie large
 sūptum uersatur in cognitione dei expimētali & cōsistit actus
 eius in suauitate domini degustanda **D**onū intellectus est gr̄a
 intelligendi salubres significatiōes signorū naturalium & legis
 diuine .s. dei ac aliarum sciētiarum que sub cognitione cadunt
 naturali **S**ed intellectus a sapientia differt quia sapia in quātū
 est donū est de creatore tācū **I**n intellectus uero & cratorē & cre-
 aturā amplectitur **S**cientie donū duplex habetur aliud cōsistit
 in intellectu puro speculatiuo **A**liud in intellectu inclinato ab
 effectū **D**onum consilii est habitus aī expediens & dirigens
 animū ad eligendū bona & ad fugiendum mala **D**onū forti-
 tudis attenditur respectu ardui & laboriosi & difficilis **D**onū
 pietatis ad diuinū cultū spectat **D**onū timorē est specialiter ad
 fugam mali ne perdat homo quod amat **D**oceatque uirtutes
 theoloycales & morales Theoloyce sūt tres. .s. spes fides & caritas
Morales sunt quatuor prudentia iusticia fortitudo & t̄pantia
 de his theoloycis & moralibus uide p glo. i v̄bo uirtutes & seq̄ti
 & in uerbo sanctorum in cle. unica de Summa trinitate & fide
 catholica & xxviii q. i. §. ex his **D**e donis sp̄s sancti habetur
 in Paulo & in Ysaya xi. c. in principio **D**oceat que etiam opa
 misericordie **E**t que sunt temporales & spirituales dixi in c.
 iter opera de sp̄sa. in lectura mea doceatq̄ legis ciuine mācata

si quis numerum decem sunt. ¶ Si auctorem deus fuit Moysi in monte synai dominus tabulas dedit tres ex ipsis legibus ad ipsum deum pertinent & septem ad proximum pertinent que deum inspicunt Prima tabula de duobus tabulis continet que proximum secunda respicit tabula. ¶ Prima lex prime tabule non habebis deos alienos in conspectu meo & non facies tibi sculptile ad similitudinem omnium que in celo sunt desuper & in terra deorsum Et que uersantur in aquis sub terra non adorabis ea. ¶ Secunda lex tabule non assumes nomen dei inanu. ¶ Tercia sanctifices sabbata. ¶ Secunde tabule legis. Honora patrem & matrem non occidas non mechaberis non furtum facies non loqueris aduersus proximum tuum falsum testimonium non concupiscas rem proximi tui non agrum non uxorem Vide glo. de his in uerbo in penis in. v. quid in omnibus xxxii. questione vii. docebit que multa alia que dicantur in questione sequenti qualiter sacerdos debet se habere erga confitentem. ¶ Sequitur in definitione que cura competit ex lege scripta siue iure communi sicut patet in episcopis de offi. ordi. c. conquerente & prelati qui per electionem creantur & etiam rectoribus ecclesiarum parrochialium ex quo sunt auctoritate sui iudicis instituti ut in c. nostro & legitur in c. fi. de cler. pere de offi. ordi. si sacerdos & c. cum ab ecclesiarum & c. ad reprimendam de offi. ordi. & de sen. exco. c. nuper. §. ii. & fi. ¶ Et dixi in questione cui est confitendum & hec cura extenditur ad habitantes infra limites predictorum qua ratione prouentus spirituales inde prouenientes percipiunt in usus necessarios conuertendos de his que fi. a prela. c. pastoralis & c. super eo de parroch. nisi obstat consuetudo uide hic per lo. an. qui alia prosequitur. ¶ Sequitur in definitione uel concessione canonica de ab episcopo generaliter uel specialiter facta sicut patet in archidiacono de offi. archidiaconi c. primo & archipresbitero de offi. archipresbiteris c. fi. ¶ Et in officiali suo de insti. c. ii. de appel. roma. i. Respo. li. vi. Et in uicariis ecclesiarum perpetuis de offi. uita ad hec uel ex causa ad tempus constitutis de appel. puenit de offi. or. cu uos uel a papa per priuilegium generale uel speciale ut patet xxii. di. c. i. xxv di. c. primo Vide alia hic per lo. an. ¶ Sequitur in definitione

aut cōsuetudine uel prescriptiōe ¶ Nā & Metropolitanus in sua
 & etiā in aliena prouincia & epī in alienis dyocelibus & etiam
 abbates archidiaconi & capellani & filēs iura epālia & prochiale
 curam & ad hec pertinentia & ī quātū possunt ista in eos cadere
 ¶ Et per consuetudinem & prescriptiōē acquirūt sicut de cō-
 suetudie probatur in eo q̄ nota de elec. dudū cl. ii. §. & tandē de
 offi. ordi. c. quāto & c. duo simul & c. irrefragabili §. excessus
 de foro conpe. licet. §. i. & c. cū contingat de foro cōpe. de appell.
 romana & de offi. ordi. c. romāa li. vi. De prescriptiōe pbat ī eo
 quod legit Et nota de prescriptis ex trāmissa & c. auditis & c.
 ueniēs & c. cum olyn de reli. domi. constitutus ¶ Aliqui tamē
 dicunt q̄ per cōsuetudinem non acquiritur cura nisi sit cōsue-
 tudo per sedem apostolicam approbata quod non est uerū uide
 hic per Io. an ¶ Sequitur in distiñtiōe per sedem apostolicā non
 īprobata hoc ideo dicit. quia cōsuetudo non p̄ficit nisi sit pre-
 scripta & rōnabilis de cōsue. c. si Et uide hic per Io. an quando
 iudicetur rōnabilis ¶ Sed quātū ad personā priuatā repbat
 consuetudo ut quis acquirat curam uide hic Io. an. dixi in qōe
 cui confitēdū sub. v. cui Imperator Et in prescriptiōe taliū bona
 fides & iustus titulus requiritur aliqñ per papam īpbatur uide
 hic per Io. an. qui allegat iura ¶ Xiii. qō est qualiter sacerdos
 debet se habere erga cōfitemem ponit Offi. in §. qualiter sacer-
 dos debet se habere Primo querat an sit suus parrochianus si
 nō sit suus parrochianus remittat nisi in casibus de quibus dixi
 in vi qōe cui confitendū ¶ Si uero pōt eum audire tunc doceat
 illum de forma cōfessōis & cōsideret unde est ubi fuit nutritus
 & ubi conuersatus si uideat ydeotam uel simplicem doceat p̄ n̄
 aue maria ¶ Credo in deum, mādata legis, sacramenta, Articulos,
 uirtutes, dōa spūs s̄cti. uel mōeat ut adiscat, Et nō sit dubius in
 articul fidei q̄a tal̄ ē infidelis & hereticus ut de hereti. c. i. doceat
 ue crimia, nec nō circūstātiās, & q̄ sint crimia & eorū distiñtiōes,
 de q̄bus dixi ī iii. q. & forma cōfiteđi ut dixi ī q. q̄lis debz eē cō-
 fessio. Doceat q̄ se hūiliet & pōat ad pedes illius, si sedeat femia ex
 trā v̄so, nec faciē eius respiciat, unde Abacuc: facies mulier̄ uetus
 urēs, et ozee ii. auferat fornicatiōes a sua facie & adulteria d̄ medio

uerborū suorū ¶ Itē pio ac suauī & dulci eloquio moneat ad
 cōfitendū & inducat ipsam ad cōtritionē & pponat beneficia a
 deo collata creādo & recreando aīe eternitatem uite breuitatem
 mūdi mutabilitatem fallaciā & deceptionē pietatē xpī qui uenit
 nō ppter iustos sed ppter peccatores ut de petro paulo & latrōe
 uide lacius q̄ inducāt ad uerā penitēciā que dixi in qōe quibus
 & quot dictis & specialit̄ rememoret passionē xpī de q̄ Ieremias
 intremuit ¶ O uos omnes qui trāsitis p̄ uia attēdite & uidete
 si est dolor sicut dolor meus. miāz dei dicat ad peccatorē. Ysayas
 xlix nūquid potest obliuisci mulier infantē suū ut nō miseriā
 filii uteri sui & dicat si totū quod cōmisisti uere cōfitearis sine
 dubio remittetur tibi culpa & ego te absoluum a pena de pe. di. i.
 uerbū Nimiā uerecundiam auferat etiam quia non confitetur
 hōi sed deo Et si nūc regit peccata deus detegit ī die iudicii & si
 uelit uel nolit cōfitebitur in cōspectu celestis curie amicorum &
 inimicorū de pe. di. i. §. ex hiis uersu nūc autem ¶ Et iungo que
 dicentur in questione que impediunt ueram penitēciam que est
 xix ī ordine Et quod dixi in questione v. in uersu amara Si sic
 non proficit addat de penis inferni Ysaye xiii. Vnusquisq; ad
 proximū suū stupebit facies cōbusti uultus iunge que dicta sunt
 in questione qualis debet esse cōfessio in uersu festina Procedat
 interrogationibus ut dicetur in qōe xv. que interrogationes
 ¶ Et sic ab ore suo ex̄hat quod forte ignorat Vel forte uerecūdia
 ductus celat nam clauis aperitiōis est sermo interrogationis &
 correctionis quia increpando culpa detegitur quam sepe nescit
 is q̄ perpetravit xliii di. sit rector Itē parus sit erigere p̄ctōrē ad
 onus secū portādū offerat se patū ut dicet in q. in quo tenetur
 sacerdos Habeat dulcedinē & aīectū pietatis nō terreat qa tātū
 affligit iustus q̄ntū amat Vnde Aplūs q̄s īfirmat. s. de peccato
 & ego nō īfirmor. s. cōpaciēdo vii. q̄stioe i. §. Sed tūc obseruādū
 non tamen sit indiscretus ad aboluendum propter nimiam
 pietatem ¶ Non intelligas q̄ omnia hec superiora & inferiora
 semper ad unguem seruanda sint Sed discretus sacerdos consi-
 derabit qualitatem personarum & eliget quod sibi fuerit neces-
 sarium utile uel expediens ¶ Post uero penitenciam iniunctam

moneat ut honeste uiuat suū unicuiq; tribuat l.i. ff. de isti. & iur
 & id sumū bonū est xii. q. ii. cū deuotissimāz q; uitet heresim adul-
 teria & cetera crimina & q; credat iudicii diem & resurrectionē
 futurā x q. ii. placuit ¶ Inducāt peccatorē ad soluēdas decimas
 & primicias al' saluari nō potest c. Reuertimī xvi q. i. & c. deciē
 q; soluat legata & debita predictoy maxie piis locis relicta alias
 mortaliter peccat c. qui oblationes & c. clerici xii. q. ii. Et breui-
 ter illū moneat quod sibi non uult fieri aliis nō inferat i. di. c. i.
 ii. q. vi. decreto. l. di. pōderet & de bono in melius pficiat de. pe
 di. ii. querēdū & c. penata & sic perseuerādo securius huic exhibz
 sm Augu. de. pe. di. vii qui egerit & c. si quis positus Si sacerdos
 habeat aliquē parrochianū peccatorē publicū qui nō uult pētere
 nec confiteri monitiōe facta debet illū excōicare uel superiori
 denūctiare sm doc. hic xxii. q. v preceptū. si hbet odiū contra
 fratrem debet illū ad pacem cōpellere xc. di. placuit et c. si quis
 cōtristatus et cōpelere ipsum ad penitētiā de spōsa. .c. ad audiāz
 de clef. cōiug. c. i. Et si inobediēs fuerit expellat ipsū de ecclesia
 nec postea de sacri admittatur xi. q. iiii. qui iubente latētia uero
 delicta penā nō habent xxxii. q. v. c. xpīana vi. q. i. c. si oīa Verx
 circa hāc cōpulsionē doctrina Augu. et Grego. est sequenda q;
 primo arguat oportune ad monēdo et corripiēdo ¶ Secūdo in-
 portune suspendēdo tertio excōicando xxiii. q. iiii. ita plane et
 c. forte xliii. di. sit rector Et si forte hoc facere nō potuit ppter
 multitudinē uel potētiā hominū admonēat eos uerbis et terreat
 quātū poterit et facit q; in se est xxii. q. ii. faciat hō ¶ Et dicat cū
 Aplo munde sunt manus mee a sanguine omnium uestrum
 xliii di. ephesis uide Osi. in Summa e. ti. in. §. qualiter sacerdos
 debeat se habere in fine Et quod nota ī Summa de renuc. §. cui
 v̄ u graue scandalū Et quod dixi. s. in questione xiii. in uersu
 Ex hoc fine sequitur Et per ibi dicta & hic est expedita xxviii.
 qustio principalis ¶ Decimaquinta huic proxima sit Que
 interrogationes fieri debeant et possint ab audiente confessionē
 Osi. late in Summa e. ti. §. que interrogationes Aliqui dicunt
 et utūtur religiosi q; nulle fiant sed simpli' audiat sacerdos et
 pniāz ipōat facit dictū Criso. nō tibi dico ut te pdeas de. pe. di. i

Sed statim sequitur ar. cōt cū dicit ī publicū ergo ī occulto secus
 Sed ista opō ē periculosa ppter simplices q remanerēt ī fecibus
 nisi instruerēt ut dixi in precedētī qōe & xiii. q. 5. Itē in hoc foro
 sacerdos est iudex de pe. di. iii. uerbū Et iudicantē oportet cūcta
 rimari xxx. q. ulē Iudicātē graue enī nimis est sup re īcerta cer-
 tā ferre sūāz xi. q. iii. gūe. ¶ Et breuiter cū c. nrm hoc determiat
 nō est instādū Sit ergo sacerdos discretus & cautus ut hic debet
 eē discretus more periti medici & cautus & sic nō sufficit q hēat
 solā potestātē sed debet habere sciām circa pñiales canōes sicut
 al' legitur de consanguini. & affini. c. i. circa finē Sit igit diligens
 inq̄sitor & subtilis iuelligator & caute & sapiēter a peccatore ex-
 thāt quod ignorat nō plures tamē īterrogatiōes faciat q̄ expe-
 diat & maxie in peccato fornicatiōis & gule ne forte sibi modū
 q̄ nūq̄ audiuit aperiat & quodāmō instruat ad peccādū & acci-
 dat tali medico spūali sicut dicit de fatuo medico temporali qui
 credēs adhibere medelā egroto mortis facit subire periculū. c.
 ad aures de etate & qualitate ¶ Ut ergo tu simplex sacerdos de
 fiēdis īterrogatiōibus instruaris circa psonas circa peccata circa
 peccatorū circūstātiās īterrogabis c. nro c. deus qui de pe di. v. c. i.
 ¶ Circa personas debes eē instructus ut cōsideres an sit serua uel
 libera uel extranea utrū simplex & talē instruas ut dixi ī preced
 q. & xiii. Vel discreta & talem simpliciter audias nec tu multum
 scruteris cū in oibus sit instructa nisi forte tibi deus aliquid re-
 uelauerit plus q̄ sibi xc. di. c. esto subiectus ¶ In illis enī īterro-
 gatiōibus q̄ circa personas existūt cōsiderari oportet quis est q̄
 peccauit & de uariis personis incipiēdo de papa usq̄ ad īferiores
 & ab Imperatore. i. dixi. 5. in q̄ cui cōfitēdū & quibus peccatis
 unūquodq̄ hominū genus cōit cōsueuit frequenter peccare ibi
 remisi ad osti. Vnde ergo cōsiderata qlitate peccatoris debet fieri
 īterrogatio q̄s ē q̄ peccauit & cū qua peccauit nō cū q̄bus qa nō
 debet aliū accusare s̄ se tātū ut dixi ī q. qlis debet esse sub uerbo
 discreta ¶ Contra quos deliquit ut sciatur que emenda sit fienda
 de iniuriis cum olym & per. Osti. in Sūma de iniur. 5. & īquātū
 detur corā quibus peccauit ex hoc peccatum augetur Instit. de
 iniuriis .5. atrox c. cū illorū de sen. exco. Si hoc fecit per se uel

per aliū pprio motu mādato uel ad sugessionē alterius uel cuius
 utrū ille q̄ mādauit esset dominus pater uel extraneus de hōicid̄
 sicut d̄iguū. c. mulieres de sen exco. & q̄ ibi nota ¶ Circa peccata
 q̄rat q̄ sint petā & p̄cipaliū q̄rat de septē mortalibus comitibus
 fororibus filiabz mōis ḡ libus & effectibus quos p̄ ordinē dixi ī
 q.iii. de q̄bus peccatis q̄ si inspexeris scies circa unū quodc̄ pec-
 catū q̄s facturus sis īterrogōes Osi. tamē ī Sū. q̄ īterrogatiōes ī
 v̄su circa peccata q̄. s. sūt peccata P̄rio circa superbiā pōit q̄tuor
 īterrogatiōes q̄ fieri debēt ¶ Circa inuidiā pōit sex īterrogatiōes
 ¶ Circa irā xii ¶ Circa accidiā xvii īterrogatiōes pōit ¶ Circa auariciā
 xii ¶ Circa gulā xii ¶ Circa luxuriā xii Et ibi paulo post ī v̄su hic
 tamē nota s̄m Augu. Osi ī Sūma preall̄ ponit q̄ sunt genera
 mendatiōis ¶ Et in quo p̄pter mēdaciū peccat̄ mortaliū & q̄ndo
 uenialiter & q̄d in p̄fecto hōie & q̄d in nō p̄fecto Et ibi pōit. q.
 de latitāte in domo mea & alius uult eū interficere & q̄rit a me
 an sit in domo mea an debeo mētiri ibi late disputat hēt xxii. q.
 .ii. c. ne quis & ponit Osi. multas cautelas & ponit opinionem
 Ray. ¶ Ibi etiā pōit Osi. in v̄su q̄d si maritus ducit uxorem &
 postea coram ea cōfiteatur q̄ cognouit eius cōsanguineā & uxor
 dicit q̄ nō credit q̄d hoc casu cōsulendum sit ¶ Postremo Osi.
 circa finē in v̄. circa circūstācias p̄sonarū & peccatorū dicit ml̄ta
 esse inquirenda & de circūstāciis & peccatis & itex p̄seq̄ per unā
 colūpnā Et circa religiosos q̄ cōsiderāda sūt & īquirenda & p̄seq̄
 & p̄ unā colūpnā q̄ studiosius illa uoluerit scire recurat ad ossi
 Attamē si aduētis ad ea q̄ dixi ī. q. de quibus peccatis est cōfiteūdū
 & in q̄oe cui est cōfiteūdū multa percipies de quibus se extendit
 ossi ī Sūma ī dcō s. q̄ īterrogatiōes ¶ Tā tēpestiue satis xvi. seq̄
 q̄ q̄s sit effectus uere p̄nie pōit ossi. ī. s. q̄s sit effectus Dic q̄ est
 q̄a hō reparat̄ & renouat̄ & incipit esse quod nō fuit l. di. ferum
 c. i. s. penult̄io de Sūma. tri. & fide catholica Et nota q̄ peccata
 tribus modis purgantur aut dampnantur aut delētur aut tegūt
 Dampnantur per gratiam baptisimi ita q̄ si baptisatus moriatur
 purgatoriū nō sentiet de pe. di. vi. nullus peccet, delētur p̄ mēoria
 sanguinis xp̄i de con. di. iiii. baptisimi uicem, Tegūt p̄ caritatē
 de pe. di. ii. caritas Verū exceptis paruul̄ & cōtinue furiosis qui

p baptisimū saluatur **I**n oībus aliis intelligo peccata dāpnari deleri & tegi per uerā pñiaz. i. cōtricionē cōfessionē & satisfacti nō licet cōtricio cauta esse posset q̄ sufficeret ad salutē de pe. di. iiii. ille rex. Itē si nō pōt cōfiteri p uerā cōtricionē saluus erit de pe. di. iiii. c. prima cōsolatio dixi i qōe q̄bus & quot dīctis **E**t nota q̄a dixi de effectu uere pñie q̄ sit uera dixi in qōe q̄lis debet esse de falsa pñia exēplificat Osh. i. dīcto. s. q̄s sit effectus & ibi dicit q̄ arma cōtra iustitiā gerēs nō est uere penitēs **E**t ibi pōit an uere penitēs pōiūt miliciā exercere uel negociari Et cōcludit ut habeat effectus uere pñie & in totū s̄m Augu. debet submittere se iudicio sacerdotis nil in se reseruās dixi in qōe q̄lis debet esse cōfessio Et sit paratus facere quecūq̄ p salute aīe que faceret pro euitando mortē corporis de pe. di. v. c. i. post mediū Et quis sit effectus uere cōtritiōis dixi i qōe quibus & quot dīctis q̄ effectus cōcurrit cū effectu uere pñie Cuius pñie ut effectus & fructus habeat offerat penitens deo mētē prius q̄ aliā oblationē iux̄ illud sacrificium deo spūs cōtribulatus cor cōtritū hūiliatū deus nō despiciet triplīr satisfactia. creatori corde ore & opere ut dixi in qōe quibus & quot quia illis tribus modis offendit deus Primo satisfit corde & eius cōtritiōe quādo .s. ut dixi se offert deo iux̄ illud miserere anime tue placens deo Et de ista intellige quod in ecclesiastico dicitur sicut aqua extinguit ignem ita elemosina peccatū Corde etiā satisfacimus quādo affligimur & cōpatimur proximo nō i aduētatibus suis taq̄ mestus Iob mecū cōualuit miseratio & ab utero matris egressa est mecū Etiā corde satisfacimus quādo ieiunamus sed etiam corpore uti. i. dico Et ieiuniū curat uulnera delinquētis & curata s̄ctificat de. con. di. v. si tibi ieiuniū Secūdo satisfit ore **O**ratio est contra peccatū oris siue supbie q̄ oīo si pura sit peccatū purgabit de cō. di. v. mediocriter & Osh. hic plene tractauit de oīoe & lo. an. in uerbo oīoes in cle si dūm de reli. & uene. sanc. facit unū tractatū p modū Sūme q̄d sit oīo unde dicat q̄ sit eius diuisio ad q̄ sit porrigēda & ad q̄ ad q̄d fiēda & q̄lis & ubi & q̄s sit eius effectus uide ubi .s. late p osh. & lo. an. Ore etiā satisfacit q̄ndo dilectiōe nō ficta & caritate opōsa v̄bo opamur dādo cōsiliū idigētī ne dū i largitiōe reze

Et etiā i cōsilio aduocatiōis tā in curia spūali q̄ tēporali **T**ertio
 fatiffit opatiōe unde ieiuniū ē cōtra pctūm carnis & cord' ut dixi
 Elimofina cōtra peccatū operis siue auaricie si pecuniā habes
 peccata tua redime de pe. di. i. medicinā & c. si quis domū & c.
 quē penitet elimofina oīa bona perficit unde date elemofinā &
 oīa mūda sūt uobis de pe. di. i. medicamētū c. tres & c. q̄ ob rē
Et Ambro. pasce fame morientē si nō pauisti occidisti lxxxvi.
 di. pasce uide i Sūma de tempo. or. §. & cui sub .§. septima regla
 sm Osi. in Sūma Carnis maceratio cōsistit in q̄tuor Primo in
 oīonibus. s̄o in ieiuniis tertio in uigiliis quarto flagellis unde
 Aplūs ad thesolonicēses i. & v. sine intermissione orate. i. non
 intermissis oris canonicis de quibus in psalmo septies i die lau-
 dē dixi tibi de cele. mille c. i. uel sine ītermittōe. i. iuste uiuite &
 eterna. desiderate Et dicit Amos pphā iustus nūq̄ desinit orare
 nisi desinat iustus eē semp orat q̄ sper bene agit & hinc sūpta
 occasiōe psequit i §. preall. de oratiōe ut supius dixi sm Io. an.
 Secūdo maceratur caro uigiliis hoc maxime spectat ad prelatos
 & sacerdotes ut in psalmo non dormitabit neq̄ dormiet qui
 custodit Israh' & Mathei xii. sint lūbi ur̄i precicti & lucerne ardē
 tes in māibus ur̄is expectātes dominū quādo reuertē a nupciis
 Et si uenerit in secūda uigilia Et est uigilare sōpnū a se excutere
 Vnde p̄v. vi. usq̄quo piger dormis & ueniet tibi q̄si uiator etas
 alia lra. habet estas **E**t eodē xx ppter frigus piger arare noluit
 mēdicabit i estate Et uigilare est mādatis diuinis attēdere Vigilāe
 est semp se uigilias noctis custodire ut. dicit de pastoribus custo-
 diētibus uigilias noctis sup gregē Luce ii. Mathei xxvi uigilate
 & orate & i. pe. v. Sobrii estote & uigilate **V**igilare est ad deū
 mētis oculos aperire Vnde hēt in deutro. Erit uita pēdens ante
 oculos tuos. s. xpūs in cruce positus Debēt ergo iuigilare prelati
 qa pastores sunt regula p̄nt. .i. de reg. iuris & gen. xxxi dixit
 Jacob ad Labā uiginti annis fui tetum oues tue & capre steriles
 non fuerūt arietes gregis tui non comedi nec captam a bestiis
 ostendi tibi Vtinam tales essent spūales pastores uigilate igitur
 pastores & curati sacerdotes doctores sciatis & quomodo doce-
 bitis nisi sciatis & quomodo sciatis nisi studeatis i. ad Thimo iii.

Et debet quāq; docere Priō credēda sicut articlōs fidei Secundo faciēda & seruāda sicut mādata Tertio fugiēda. s. pctā Quarto timēda. s. mortē eternā Quito qrenda. s. regnū dei & iustitiam eius s̄m. Aplūm ad corint. xiiii. Itē iuigilare debetis q̄a ifirmoꝝ spectatores estis c. cū. ifirmitas. i. e. i. ad corint. xi multi infirmi & ibecilles inter uos Item nutrices estis i. ad corinth. iii. lac dedi uobis in potū c. deus. s̄. e. Itē estis speculatores Ezechiel xxxiii. Itē ianitores habētes clauēs regni celoꝝ ii. regū iii. uigilate ergo ne dyabolus tanq̄ leo rugiens q̄rat q̄ deuoret de uariis noibus pastoris. i. ep̄i lo. an. in regula p̄ultia. i. de reg. iuris **M**acerat & tercio ipā caro ieiuniis & hinc sūpta occōe Osi. in Sū ubi. s̄. e. ti. s̄. q̄s sit effectus p̄it de triplici ieiunio Vide lacius p̄ lo. an. super Rub. de obseruā. ieiun. & p̄ eūdē Osi de obseruā. ieiun. s̄. q̄d sit ieiuniū **Q**uarto multis aliis flagellis macerat caro cinerū cilicio lacrimis l. di. i capite tōsione genuflexiōe disciplinis afflictione p̄grinatiōe infirmitate ut lob ii. ad hebreos xii flagellat dominus oēs seruū q̄ recipit Et sit cautus sacerdos post iunctā p̄nīaz dicat & oīa bōa q̄ feceris & mala q̄ sustinueris tibi p̄ficiat ad salutē Effectus ergo p̄nīe is ē ut si p̄fecte in hoc seculo fuerit satisfactū aīa ad patriā cōuolabit Aut si quod purgādū remābr̄ igne purgabit purgatorii deus enī cū sit iustus & micors p̄itēti ignoscit nō reseruās peccatum ad penā eternā Ex iustitia uero ipunitū nō relinqt aut enim hō punit aut deus **V**nde Augu. Si conuersus fuerit uita uiuet & non morietur nō tamē euadat omnem penam nam prius purgandus est igne purgatorii qui ignis licet non sit eternus excedit omnem penam quam quis posset in hoc seculo per martirium suscipere de pe. di. fi. c. fi. **S**i uero impenitens decederet illo transitorio igne non purgatur s̄ eterno unde Aplūs purgari nō poterit s̄ eterna illū flamma sine ullo remedio trucidabit xxxv. di. s̄. alias Et q̄lis hinc quisq; egreditur .talis in iudicio presentatur xxv. di. qualis s̄m Grego. Et effectus etiā est ut q̄ frequēter r̄surgit p̄ p̄nīaz iusti uocabulū non amittit de. pe. di. iii. septies **D**ecimalēptima nūc sequitur q̄stio q̄ iducat hominē ad uerā p̄nīaz faciēdā Tria p̄cipalē mali status & peccatoꝝ liberatio diuersoꝝ cōsideratio multoꝝ bonoꝝ

adquisitio mali status ¶ In pessimo enī statū ē peccator īpenitēs
 hec enim mala ueniūt impenitenti notorio rebelli maxime ex-
 cōmūicato & immortalī constituto Separatus ē a deo & traditus
 sathane xi. q. iii. audi deniq; uide p̄ Osi. in Sūma e. ti. §. q̄ iducāt
 uide quod idem nota in §. que īpediant v̄su desperatio & dicā
 ī. in xii. q. ¶ **S**ecūdū quia cito perit eius memoria ut ī psalmo ui-
 di impium sup̄ exaltatum & eleuatū super cedros lybani q̄siui
 & ecce non erat quesui & non est inuētus locus eius de pe. di.
 iii. achab ¶ **T**ercium quia timet ubicūq; est ut in psalmo timor
 & tremor supervenerūt super me & cōtexerunt me tenebre xiii.
 di. nerui circa mediū ubi Grego. de tali dicit undiq; metuit &
 suspectus omne latus pertimescit ¶ **Q**uartū quia perdit bona
 temporalia & minoratur uita unde psal. fiant dies eius pauci &
 epātū eius accipiat alter. c. cum infirmitas .i. c. ¶ **Q**uintum
 hominibus est odiosus xxiii. q. iii. iam uero ¶ **S**extum remotus
 est a testamenti factiōne actiue & passiue iii. q. iii. cōsaguineorū
 ii. q. vii nō potest de isto tamen casu uide nota in .c. decernimus
 de sen. exco. & in .c. ii. de usūr. li. vi. & lo. an. in dicto .c. decer-
 nimus ¶ **S**eptimū quia nullū genus facti debet ei exhiberi xcv.
 di. illud xxxiii. q. ii. amouere ¶ **O**ctauum quia semper cadit de
 malo ī peius de pe. di. iii. c. i. ii. & sequēti ¶ **N**onū quia īpenitēs
 peccat ī sp̄m̄ sanctum de pe. di. iii. c. inter hec uide laciū circa
 hoc peccatum quod dixi supra in. q. iii. ¶ **D**ecimū si sic moriat̄
 sine fine torquetur de pe. di. i. uolūissent iniqui di. vii. .§. fi. in fi.
 & p̄ tali nō orat ecclesia xiii. q. ii. p̄ obeūtibus xxiii. q. v. c. placuit
 ¶ **S**ecūdū principale est diuersorum consideratio Primo debz
 considerari diuina gratia quia quos predestinauit hos per co-
 operationem euocauit ut probat Augu. de. pe. di. iii. adhuc
 infant & c. in tantum & c. finis. ¶ **S**aluat enim deus ex gratia
 quos ex iusticia dampnare posset xxiii. q. iii. c. Nabugodonosor
 nō sis ergo ingratus gratie dei sicut nec erat Apostolus ¶ **S**ecūdo
 considerari debet ymago diuina ad cuius similitudinem homo
 factus est unde Dauid accedat homo ad cor altū & exaltabitur
 deus quia quāto magis aspicitur tanto magis fidelis altior appa-
 rebit v̄m Grego. de. pe. di. ii. dum sanctam ecclesiam ¶ **T**eruo

considerande sunt quatuor dotes principales quas dotes infixit i
 aiaz Temperantia abstinens prudentia discernens. sapia eligens. for-
 titudo fulciens & muniens. xi. q. i. existimant ¶ Considerande etiā
 sūt dotes carnis beatifice Subtilitas agilitas leuitas penetrabilitas
 impassibilitas immortalitas eternitas fortitudo pulchritudo fulgor
 ¶ Quarto consideratur timor diuinus de perpetuo cruciatu psal.
 iniciū sapientie timor domini de pe. di. ii. alias est c. si quis tāta &
 sicut seta introducit filiū ita timor caritatē glo. i. regla q. ex timo-
 re de pe. di. ii. c. sicut seta ¶ Quinto uite breuitas ut recolet multos
 coetaneos mortuos & paucos uiuos Et plū pelles uenales agnorū
 iuenies i foro q. ouiu Et ex quo qs attingit quinquagesimū anū est i
 descēsu lxxxvi. di. multa neqtia xiii. q. ii. illud ¶ Vi. infirmitas cor-
 poris nā egritudo carnis peccatū repellit de pe. di. i. pōt fieri ¶ Vi.
 defectus potētie i uisu & aliis sensibus uidet se curuari canescere
 oia ad pñiaz inuitant unde maledictus puer centū annorū sm
 Ysayā & Grego. ii. q. vii. Paulus dixit ¶ Octauus descēsus mūdi
 unde Aplūs trāsit mūdus & cōcupiscētia eius ¶ Nono scripture
 sacre sunt considerāde q. dicunt peccatores ppetuo cum dyabolis
 debere cruciari de pe. di. iii. c. inter hec & c. quid ergo ¶ Decimo
 factōrū remuneratio q. i. uita quādoq. & in morte seper magna
 est de pe. di. ii. Si enim inquit c. i. §. si. de. Sū. tri. ¶ Xi. quia dñi
 iugum leue est & cito potest a iudice misericordie ueniā ipetrare
 de pe. di. ii. talis est mihi deus Et sunt septem modi quibus de
 leui crimina deleri possunt Fons, elymosina, martir, confessio,
 fratrū In se peccata dimittere, flere reatum, Sanguinis & carnis
 xpī susceptio digna, de pe. di. iii. ille rex ¶ Duodecimo est consi-
 derandum q. aliquando peccatores debent inuenire uiam qua
 tendant ad gloriam xxiii. qōe iiii. obtineri nequaq. possunt
 ¶ Tredecimo remuneratio que prestat a christo quādo dotabit
 anima cum corpore Vnde Osi. in Sūma §. preall. circa finem
 pōit uersus Sensus amicitia cōcordia plena potestas, Pax secura
 decus & gauda sunt animabus, Corpora sanctorum fulgebunt
 forcia pulcra, Libera sana sita sine fine manēcia loca, de pe. di.
 iiii. §. finis & §. sic itaq. peccata c. si ex bono ¶ Et in illis locis hēt
 de prescriptis & de predestinatis & in preallegato c. obtineri &

e Nabugodonosor xxiii. q̄stioe iiii. Et de duplici preordinatiōe
 diuina ¶ Tercium principale erat bonorū multorū acquisitio
 propter penitenciam ¶ Primū est q̄ eius cōuersatio plus est in spū
 q̄ in carne factus enim est celestis de cōse. di. iiii. c. nam ex quo
 uersu ab hac uetustate ¶ Secundum quia de statu suo est certus
 & securus quia quacūq̄ hora moriatur uadit ad patrē de pe. di.
 vii. qui egerit ¶ Terciu quia aīa sua semper deum respicit qui eā
 creauit postq̄ non est oppressa tenebris peccatorū de peni. di. i. c.
 eueniet inquit Moyses & di. iii. ille rex & di iiii si ex bono
 ¶ Quartū quia princeps est omniū bonorū que fiunt in ecclesia dei
 de pe. di. vi qui uult vsu laborat ¶ Quintū quia recuperat oē
 bonū quod amiserat de pe. di. iiii de pertuoso sacco cū sequēti-
 bus & di iii c. piū s̄m Augu. Ambro. Iero. Osi. ponit uersus
 Q̄ per peccatū fuit inde mortificatū fiat adhuc gratum fuerit si
 iustificatum ¶ Sextū quia augmētatur tali bona tēporalia & salus
 tēporalis xvi. q. i. decime Vnde vsus Te pudor emēdet cōuersio
 maior habūdet Caucius iſtrueris suffragia plura mereris Hec
 tribuit uires cōfessio nec recidiues ¶ Septimū quicquid acquirit
 & opatur in tuto est sed peccator sub casu perditōis existit nam
 thesaurifāt iustis diuicie ipiorū xxiii. q. vii. q̄admodū & labores
 impiorū iusti edēt e. q. quicūq̄ & sapientie x. iusti tulerunt spolia
 impiorū xx. q. v. de liguribus & notandū ¶ Octauū quia plō-
 gatur uita contrariū est in peccatoribus unde psal. Viri sāguinū
 non dimidiabunt dies suos Ecclesiastes vii. non agas impie ne
 morieris in tpe nō tuo xi. q. iii. ep̄i si sacerdotali ¶ Nonus quia
 ubiq̄ securus uadit cōtrariū ē in peccatore xxii. di. de cōstātino-
 politana in fine & i toto psalmo qui habitat i adiutorio altissimi
 in p̄tectiōe dei celi cōmorabit ¶ Decimū qa facilius adiscit sapie
 i. c. In maliuolā animā nō intrabit sapia ¶ Undecimū si laycus
 tūc multiplicabitur eius proles ut i psalmo filii tui sicut nouelle
 oliuarū in circuitu mente tue Ecce sic benedicetur hō qui timet
 dūm ¶ Duodecimū qa semper diligit a bonis Quis igitur tā
 aīosus crudelis erit q̄ p̄pter hec ad uerā p̄niāz nō inducat solus
 despatus hec rēnuet Decia octaua fuerat q. que ualeāt ad hec ut
 post uerā penitētiā & saluationem sp̄ualem cōsecutā quis non

paciatur recidiuū dicas q̄ nullus potest uitare peccatum nisi in
 caritate existat de pe. di. ii. Si enī iquid Vnde Greg. i moralibus
 li. vi. & vii. ¶ Ex se nanq̄ omnis uite temptatio est cū ex se ipso
 nascitur inde p̄inat Et si semper uirtus succendit ex infirmitate
 tamē generatur & ex illa ḡnatur & iō sēper succēdi necesse est
 Verū q̄a unguēta non redolent lacius nisi cōmota nec aromata
 suffragratur nisi icēdātur ita nec sancti uiri nisi i tribulatiōibus
 uirtutes inotescūt Vnde p̄ patres antiquos is uir iustus describit̄
 qui tāq̄ sidus in tenebris elucescit Nec q̄s ergo recidiuū paciatur
 ualent illa q̄ inducunt hominē ad uerā p̄nāz de quibus dixi in
 p̄cedēti q̄ōe & cōtraria cōtrariis debent oppōi ¶ Cōtra malitiā
 Cayn oppōitur innocēcia Abel Vnde Greg. Abel eē rēnuīt qui
 Cayn malitiā exercet xxiii. q. iiii. hec aut̄ uita ¶ Cōtra imūdiā
 Lamech ē mūdiā Enoch opponēda qui cū deo ābulauit gen̄ vi.
 Itē cōt̄ iobediētā gētiliū ante diluuiū ē Noe obediētia opponēda
 de pe. di. i. predixerūt ¶ Cōtra auaritiā Esron Abrahe largitas
 xiii. q. ii. c. postq̄ Esron xxxv di. sexto die ¶ Itē contra luxuriā
 gētilium castimoniā Ysaac cōiugalis ¶ Cōtra ipatentiā sup̄boꝝ
 patientia Iacob xxii. q. ii. §. si ¶ Contra ingratitudinē falsorum
 amicorū qui mala p̄ bōis retribuūt Yoseph benignitas qui bōa
 p̄ malis retribuit xxii. q. ii. q̄ Ioseph ¶ Cōtra crudelitātē & tyrā-
 nidē peruersorum māfuetudo Moyfi de pe di. ii. §. oppōitur de
 Moyfi & Aaron ¶ Cōtra difficultatē diffidēciā & desperationē
 mādatorū dei q̄ in sequūtur impij de pe di. iii. Iudeis fiducia &
 spes quā habuit yosue cōtra aduersarios q̄bus deuiētis & sup̄atis
 in terrā p̄missionis .i. supernā yherusalem it̄duxit populum
 uide numeri xxvii. & xxxiii. c. licet & c. si ergo viii. q. i. sic dicas
 de alijs quia s̄m Grego. contraria cōtrariis curantur ¶ Et sunt
 quatuor colūpne celestis edificii. quibus pōt quis ad celū leuari
 Primo ut mundū despicias quia ipse perit & cōcupiscentia eius
 s̄m Aplm̄ xxiii. q. i. quid ergo ¶ Secūda ut neminē despicias quia
 nescimus qualis unusquisq̄ in die iudicii apparebit xi. q. i. sacer-
 dotibus xli. di. uera iusticia ¶ Tercia ut despicias te ipsū non quo
 ad uirtutes & opa ipsarū se quo ad hoc ne credas nimis ualere
 xxi. q. iii. c. i. xxx. di. si q̄s uiroꝝ ¶ Quarta ē ut cōtēpnas te s̄p̄ni q̄a

quia secundum apostolum si hominibus complaceres seruus christi non esses ii. q. vii ac-
 cusatio Unde vbi. Spnere mundum spnere nullum spnere sese Spnere
 se spnere quatuor ista beant secundum Osi. i. Sū e. ti. g. q. ualēt in fine
¶ Alia tamē sunt tibi necessaria ad uolādū fides recta & uera ex
 uno latere caritatis geminata ad deū ex altero ad proximū unde
 Prosper de pe. di. ii. caritas **¶** Illis cū gemis uirtutū qui caret alis
 Celorū ad regnū nō habet unde uolat & iūge hic q̄ dicā. i. i. xix. q
 q̄ īpediāt uerā pñāz que est q̄stio sequēs & q̄ dixi supra q̄bus &
 quot dīctis sub v. q̄ īducāt cōtritiōez **¶** Nūc igit iūge q̄oēz xix.
 Que īpediāt uerā pñāz **¶** Quatuor p̄cipaliſ pudor timor spes
 & desperatio Pudor enim multos retrahit ut īquit Osi. in Sū. e.
 ti. g. q̄ īpediāt detrahit ypocritas superbos qui uolunt apparere
 hōibus de foris s̄ai & pulcri cū tñ īterius sint īfirmissimi & oīum
 spurcicia repleti **¶** Cōtra hūc pudorem triplex est medicīa P̄ria
 cōsideratio rōis naturalis Si enim erubuisti peccare id quod in-
 honestum & inutile fuit nō debes s̄m rationē naturalē erubescē
 cōfiteri id quod honestū est & utile **¶** Unde beatus Bernardus o
 insania nimia hominū pudet abluī & nō pudet īquinari pudet
 sordes abstergere & nō pudet cōtrahere **¶** Secunda medicina est
 uirtus diuine intuitiōis cui nihil celare pōt etiā minimā cordis
 cōtritiōē de iudi. nouit de symo. tua nos in fi ad hebreos iii.
 oīa nuda sunt oculis eius & aperta **¶** Tercia medicina ē cōpatio
 future cōfusiōis Naū iii. reuelabo pudēda tua & cōfūdā gētibz
 nuditatē tuā & regnis ignominia tuā & Yhere. xx Cōfūdant
 uehemēter quia non intellexerunt obrobriū sēpiternū & nunq̄
 delebit Timor similiter multos retrahit timēt enī peccatores q̄
 nō p̄nt facere pñāz q̄ īniūgīt **¶** Cōtra hoc impedimētū triplex
 ē remediū Primū p̄fētis pene modicitas Secūdū eiūsdē leuitas.
¶ Tercium ipsius momētanea breuitas cū ex aduerso uitentur
 future pene **¶** Magnitudo incōpassibilis acerbitas intollerabilis
 eternitas infernalis Mathei xxv **¶** Ite maledicti in ignē eternum
 Yheremia qui fugit arma enea incidit in arcum ferreū Iob vi.
 qui timet pruina. i. penā tēporalē irruit super eum nix .i. eterna
 pena Ysaye xxxv. q̄s poterit habitare de uobis cū igne deuorāte
 & quis hītabit cū ardoribus sēpiternis & idē xxx in fine p̄pata

est uobis trophet .i. carcer inferni profunda et dilata uutrimēta
 eius ligna ignis flatus domini sicut torrēs sulphuris succēdēs eā
Spes multos retrahit a pñia Et est triplex Prima spes diu uiuē-
 di refrenatur auctoritate Iacobi canonica quarta q̄ est uita n̄ra
 uapor ad modicum apparens Iob iii. hō natus de muliere breui
 uiuēs tēpore repletur multis miseriis Marci xi. uigilate q̄a nesci-
 tis q̄n ueniet dñs sero an media nocte an galli cātu Iob xx. laus
 impioꝝ breuis est et gaudiū ypocrite ad instar puncti **S**ecūda
 est spes temporalis diuicias acquirēdi hāc refrenet dñs Luce xii.
 hōis cuiusdā diuitis uberes fructus ager attulit et cogitabat inē
 se quid faciam q̄ nō habeo quo cōgregē fructus meos destruā
 inquit orrea mea et maiora faciam et illuc cōgregabo oīa q̄ nata
 sunt mihi et dicā anime mee multa bona habes posita in ānos
 plurimos requiesce comede bibe epulare dixit aut illi deus stulte
 hac nocte aīaz tuā repetā alia l̄ra repetēt demones a te q̄ autem
 parasti cuius erūt sic est qui sibi thesaurizat et nō est in deū diues
 Iob xxvii. diues cū dormierit nihil secū affert aperiet oculos suos
 & nihil inueniet **T**ercia spes ē miāz dei cōsequendi qui neminē
 uult p̄ire Ysaye xxx. p̄pterea expectat nos deus ut misereat n̄ri
 & iō exultabitur p̄cēs nobis **S**ed ibi statim refrenatur hec spes
 cū sequit̄ deus enim iudicii domus beati oēs qui expectant deū
 pñiaz agēdo unde sequit̄ plorās peccator penitēs neq̄q̄ plorabit
 .s. in eternū .s. si miserearis aīe hic agendo pñiaz miserebit̄ tui
 ad uocē clamoris tui statī ut audierit respōdebitur ei sed tamen
 pñia ē necessaria de qua sequit̄ dabit nobis dñs panē artū & aquā
 breuē quasi diceret ad sustentationē nature Et uide Osi. ubi s̄. q̄
 psequit̄ dicta uerba Ysaye in .v. tertia est spēs **S**tulti ergo sunt
 qui sperāt misericordiā dei & in peccatis dies suos finiunt & de
 eius iusticia nō timētes de qua dicit Grego. ad magnā iustitiam
 iudicādi sunt ut nūq̄ careāt supplicio qui in hac uita nunquam
 uoluerunt carere peccato **D**esperatio retrahit peccatorē Et est
 quītuplex ista Prima desperatio obtinēdi ueniam & hāc iducūt
 tria **C**onsideratio quātitatis peccati ut in Cayn gen. iiii. maior
 est iniquitas mea q̄ ut ueniam merear & iu Iuda contra hanc
 considerationē opponitur passio domini nostri yhesu xpī que

forcior fuit ad dissoluendū q̄ peccatum ad ligādū Iob. vi. Viuā
 appenderētur peccata mea & calamitas quā patior ī statera quasi
 arena maris hec ḡuor appareret supple. hec passio xpi uel supple
 miseratio dei. **S**ecūda desperatio ē cogitacio frequētatiois cogi-
 tat peccator ad quid cōfitear cras caderē cōtra hāc oppōitur v̄bū
 domī nō dico septies sed septuagesies sepcies. i. q̄ncūq̄ ponitur
 finitū p̄ infinito. **V**nde Augu. q̄lis hic medicus eēt qui nesciret
 curare hūc morbū nisi sem̄l̄ & medicorū ē cēcies īfirmū curare &
 iō dominus n̄ seper patus ē curare s̄m Aug. i. li. de pe. trāsūptiē
 de pe. di. iiii. §. Itē q̄ frequēter & c. sequenti & iō cui plus dat plus
 diligit ut ī euāgelio de magdalēa de pe. di. iiii. septies. Terciaē cōsi-
 deratio diuturnitatis quādo peccator tātū ē iūeteratus ī delicto
 q̄ cogitat mīaz nō obtinebo & iō nō cōfitebor Et cōtra hoc est
 psal. mīa domī ab eterno & usq̄ ī eternū sup̄ timētes eū & Ezech.
 trāsūptiē ī preall. c. adhuc istāt quacūque hora conuersus fuerit
 peccator uita uiuet uide v̄ba leonis pape xxvi. q. vi. is qui in tem-
 pore & augu. exponit uerbū ps̄. non absorbeat me pfundū neq̄
 urgeat super puteus os suū. puteus est pfunditas iniquitatis hu-
 mane in qua si cecideris non claudet super te os suum si tu non
 claudis tuū. Confitere ergo & dicas de pfundis clamaui ad te dñe
 & euades puteū de pe. di. i nō absorbeat eos. **Q**uarta despera-
 tio post ueniā iā obtentā in bono p̄seuerādo. cogitat iniquus qd
 ualet mihi uenire ad cōfessionē q̄uis possem ueniā cōsequi dicit
 non tamē possū in bona uita p̄seuerare quia nimis est arta hec
 uia & mee contraria uolūtati. uellem comedere ^{optima} ieiunare. uellem
 dormire. ipsa uigilare. uellem gaudere. ipsa lugere & sic de sigulis.
 Et in sūma uellem mundo uiuere. ipsa yhu christo. **S**ed quis
 posset resistere dyabolo qui mille nocendi modos iūenit xvi. q. ii
 c. uisus. **H**uic desperationi tria sunt remedia. Primum mortis
 commemoratio que ostendit omnia mūdana esse transitoria eccle-
 siasticas xi. Si ānis multis uixerit homo & ī omnibus his letus
 fuerit meminisse debet tenebrosi temporis & dierum multorum
 qui cum uenerint uanitatē arguūt preterita. **Q**uid ergo per
 multos prodest effugere dies. mors tradit. carnis concupiscenciā
 uermibus. facit q̄ q̄ qui olim per superbiam alios consueuerant

conculcare, nūc sepulti fimo pedibus asinorum conculcentur & in hoc consistit quicquid in mūdo est Io. ii. Omne quicquid in mundo est concupiscēcia carnis est & concupiscētia oculorū & supbia uite. **E**t si dicis durus ē hic sermo nō possū mūdū contēpnere nec carnē meā odio habere. beatus Bernardus dicit ubi sunt amatores mūdi q̄ ante tpā magni & potentes fuerāt nihil ex eis nisi cineres & uermes. Memēto hō qa de humo es limus de līo & cinis in cinerē reuerteris. Vnde ecclesiastes in oībus opibus tuis memorare nouissima tua. **V**nde sapiēs Sūma philosophia est assidua mortis cōmēoratio s̄m Osi. i. dyaboli debilitatio Ysaya incuruare ut trāseamus q̄i dicat dyabolus nō poterit p te trāsire nec tibi nocere nisi primitus uolūtate ppria curueris iō parum timēdus est hostis q̄ nō potest nocere nisi uolēti Mathei viii. ubi legio demonū si eicis nos mitte in gregē porcorū. Et ibi glo. dicit ubi quis more porci uixerit dyabolus habet in eo potestatem.

Terciū hoīs fortitudo que prouenit ex quatuor s̄m Osi. ubi. s̄. in. v. terciū est. **P**rimo ex depositiōe peccati uinculorū liberatiōe & leticia spūali. Vnde Salomō animus gaudēs etatē floridā facit spūs uero tristis deficiat oīa. **S**ecūdo ex assūptiōe armature de q̄ dicit Aplūs ad ephesios vi. induite uos armaturā dei ut possitis uos stare contra insidias dyaboli quia non est uobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē sed aduersus principes tenebrarum ut in ap̄lo. **T**ertio ex societate exercitus oīm iustorū ecclesie & sanctorū. **E**x quo enim cōfiteretur uere associat exercitui iustorū q̄ sunt ī ecclesia dei & angelorū unde ps̄. p̄iceps ego. s̄. ecclesie & omniū timētiū te & peccator q̄ diu est in peccato solus est & iō ue ei quia non habet subleuātem xxx. di. in oībus Salomon in ecclesiastes iiii. c. & in c. ii. de sta. mō. **Q**uarto ex dei illuminatiōe p̄ctiōe & saluatiōe. psalmista domūs illuminatio mea & salus mea q̄ timebo. Domūs p̄ctor uite mee a quo trepidabo Job vii. pone me domie iux te & cuius uis manus pugnat contra me. ad romanos viii. Si deus pro nobis q̄s cōtra nos. Cū igit hostis tā depressus sit noli trepidare & iacta cogitatū tuum in dominū & ipse te nutriet. **Q**uinta desperatio quia peccator ut dixi supra in pluribus locis ī q̄ōe q̄lis ceber esse cōfessio & in

q̄stione q̄bus & quot dictis & in q̄oe q̄s sit effectus q̄ tāta debet
 eē cōtricio q̄ peccator sit huius propositi q̄ potius uoluisset oēz
 p̄nāz etiā mortis subire uel subiuisse q̄ peccasse in preteritū uel
 in futurū peccare ar. xxxii. q. v. c. ita ne & c. sacris quod me ca.
 Sed q̄a despero eē huius p̄positi ergo retrahor. **S**ed cōtra istā est
 medicīa .s. spes quia deus potēs ē de durissima petra aquā elicere
 uiuā Et iō cū ueneris ad cōfessorē sperare debes deū te ī illud t̄e
 p̄positū firmatur licet h̄m aliā op̄ioz q̄ tenet lo. an. super uerbo
 prudētiori sufficiat dolere solū deū offēdisse de quo dico in q̄oe
 sequēti in quo teneat sacerdos ubi lacius dico in tercia obligatiōe
 ad q̄ tenet sacerdos ei qui cōfiteat q̄a ubi sacerdos cōfessor uidet
 peccatorē nō posse huius p̄positi tenet aliā medicīnā preparare
 obmitto hic ne pluries idē repetā. **P**ostremo possent alia īpedi-
 mēta notari ad uerā p̄nāz sed dicta quinque p̄cipalia sufficiant
 q̄a ad ista reliqua deducūt q̄ nota osti. in §. preall. in fine ipsius
In ordine sequitur xx. q̄stio p̄cipalis in quo teneat sacerdos
